



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Speciale Privilegium Cæsareum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42521



S P E C I A L E
P R I V I L E G I U M C Æ S A R E U M .

JOSEPHUS Divinâ favente Cle-
mentiâ Electus Romanorum Impe-
rator semper Augustus , ac Germa-
niæ , Hungariæ , Bohemiæ , Dalmatiæ ,
Croatiaæ , Sclavoniaæ &c. Rex , Archi-
dux Austriaæ , Dux Burgundiæ , Styriæ ,
Carinthiæ , Carniolæ , & Wirtembergæ ,
Comes Tyrolis. Agnoscimus & notum
facimus , tenore præsentium , universis;
quod cum nobis noster & sacri Imperii
fidelis dilectus SERVATIUS NOETHEN
Bibliopola Coloniensis humillimè ex-
posuerit à P. P. Societatis JESU , Pro-
vinciae Rhenanæ inferioris sibi factam
esse potestatem typis excudendi librum
in omniforma , cui titulus est , *Theologia
moralis antehac ex probatis auctoribus bre-
viter concinnata* à P. HERMANNO BV-
SENBAVM Societatis JESV , S. S. te Theo-
logiaæ Licentiato , nunc pluribus partibus au-
cta à P. CLAVDIO LA CROIX ejusdem

* 3

Societatis

Societatis in universitate Colonensi S. S. tæ
Theologia Doctore & Professore publico;
vereri autem, ne, quod sæpius contin-
gat, aximorum fraude, qui editionem
istam imitentur, impendii sui fructu de-
stituantur, ac propterea supplicaverit, ut
sibi contra ejusmodi fraudes privilegio
nostro Cæsareo, ad decem annos pro-
spicere dignaremur: Nos submissæ huic
petitioni benignè annuerimus, ac proin-
de omnibus & singulis Typographis, Bi-
bliopolis & Bibliopegis aliisque quibus-
cunque librariam negotiationem exer-
centibus firmiter, seriisque inhibueri-
mus & vetamus, ne quis dictum librum
per decennium, ab hodierno die com-
putandum, in Sacro Romano Imperio,
Regnumque & Provinciarum No-
strarum hæreditiarum finibus, sub
quocunque praetextu, sive in toto, sive in
parte, mutatisve titulis recudere, vel alio
recudendum dare, alibi impressum ap-
portare, vendere, vel distrahere clam vel
palam absque ipsius SERVATII NOETHEN
expressio, & in scriptis obtento consensu
præsumat, si quis verò secus faciendo,
privilegium & interdictū hoc nostrum
Cæsareum violare aut transgredi ausus
fuerit, cum non modo ejusmodi libris,

per-

perperam quippe recusis & adductis
(quos quidem Præfatus supplicans ubi-
cunque deprehensos sive propriâ autho-
ritate, sive Magistratûs auxilio sibi ven-
dicare poterit) de facto privandum, sed
& pœnâ insuper sex marcarum auri puri
fisco Nostro & fraudis vindici & prædi-
cto supplicant ex æquo pendendarum,
omni spe veniae sublatâ decernimus
mulctandum , dummodo tamen hujus
privilegii Nostri Cæfarei tenorem pro
publica notitia , atque cautela in fronte
expressum adhibeat , & ejusmodi quinq;
exemplaria ad Cancellariam Nostram
Imperialem Aulicam sumptibus impe-
trantis transmittantur. Mandamus pro-
inde universis & singulis Nostris & Sacri
Imperii , Regnorûmque & Provincia-
rum Nostrarum hæreditiarum Subdi-
tis , cuiuscunque statûs , gradûs , ordinis ,
dignitatis , conditionis , aut præeminen-
tiæ existant,tam Ecclesiasticis quàm Sæ-
cularibus , præsertim iis , qui in Magistra-
tu Constituti , vel proprio vel Superio-
rum suorum Nomine vel loco , Juris &
Justitiæ Administrationem exercent , ne
quenquam privilegium hoc Noftrum
Cæsareum temerè & impunè transgredi
aut violare patientur , quin potius con-
tumaces ,

C
A
S
C
I
S
L
E
L
S

tumaces, si quos compererint, præscri-
ptâ pœnâ plecti, aliisque modis idoneis
coërceri curent, quatenus & ipsi eandem
multam evitare voluerint. Harum te-
stimonio literarum manu Nostrâ subscri-
ptarum, & sigilli nostri Cæsarei appre-
fione munitarum, quæ dabantur in Civi-
tate nostra Viennæ decimâ quartâ die
Martii, Anno Millesimo septingentesi-
mo octavo, Regnum nostrorum,
Romani decimo nono, Hungarici vige-
simo primo, Bohemici vero tertio.

(L.S.)

JOSEPHUS

m. p.

Vt. Fredlar.
Com. de Schönbörn

m. p.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ
Majestatis proprium.
Lutzo Dolberg

m. p.

INDEX